

Tertia.

Sen. op. 44.
mibi p. 45.
& seq.I. Tim. &
17.Tobias fuit
vir ad omne
virtutis im-
perium ex-
clusus.Oratio &
eleemosyna
claves celi
unt aureas.Lunula in
cælesti pri-
scæ nobil-
tati infe-
gne.

guinem & clares præfert natales. At hæc nobilitas vti
luum habet ortum, ita suum etiam occasum & interi-
tum ignorare non potest. Tertia, quam virtus parit est
eruditio. Vulgata phrasa dicitur: Homo nobilis est, aut
quia ingenij nobilis, iudicij maturi, memorâ excellen-
tis; aut quia bene institutus, optimè moratus, insi-
gnitus doctus, eximè sedatus, omnibus sece attempera-
re gñarus. Hic qui quis dispiciat, quibus velit nobilita-
tis insignibus ornari, si nondum ex claritate fulgeat,

Seneca de nobilitate vera differens: Bona mens, inquit,
omnibus pater, omnes ad hoc simus nobiles. Si quid alius est
in philosophia boni, hoc est, quod stemma non inspicit. Par-
cius Socrates non fuit: Cleombes aquarâ traxit, & rigando
hortulo locauit manus: Platonem non accepit nobilem philo-
sophiam, sed fecit. Quis ergo generosus? Ad virtutem bene à
narura compositus. Hoc enim est intuendum. Non facit
nobilem atrium plenan famosus imaginibus: Nemo in no-
stram gloriam vixit: quod ante nos fuit, nostrum non est.
Animus facit nobilem, cui ex quaunque condicione supra-
forunam licet fungere.

Patrus Timotheum suum hortatus: Diuitibus, inquit,
buins saculi præcipue, non sublimè sapere. Præcipi vult, non
fiaderi his, qui ceteros facultatibus, nobilitate, aliis
dotibus antistant, supercilium non erige, non info-
lescere: Dic eis & manda ut famulos arque subditos,
& quoscunque alios, non minus quam se, ac suos pu-
tent esse homines. Contrarium subinde factum. Ho-
mines ac potentes ac nobiles supercilium tam grandi
seruos suos, & ignobiliores alios defixerunt, perinde
ac si magnates illi de longe meliore luto sint facti. Mi-
nimè Christiana, & amens, barbaraque insolenta hoc
est. Præcipe igitur, præcipe tam fastuosis pauonibus
crisps ponere, & meminisse, non sola multitudine fu-
mosarum imaginum, nec stemmaris tantum & longi
sanguinis astimatione conferri hominem; vera nobili-
tatis insignia, virtutis & eruditio nis esse ornamenta; plus
alii scire, auctiorēm doctrinam comparare, san-
ctius ad virtutis leges vivere, hoc facit nobilem.

Talem in exemplum statuimus Tobiam, qui fami-
lia, & stirpe clarus, ciliar fuit virtute, vir exactissimus
ad omne virtutis imperium. Talis & Rom. marty. vir
nobilissimus, qui Galerij Imper. aeo, Asclepiadi Antiochiae præfeto in os obiit: Absit à me, inquit, ut
nobilis me præstet parentum sanguis, aut lex caria;
generosa Christi sequela nobilitatis viros. Non cupio
ut mihi, meoque generi quidquam parcas. Christi san-
guis pro me fatus me nobilitat. Oratione tâ ingenua
irritatus Asclepiades, Christi Athlerum flagris & plâ-
batis cedi, latera mucronibus cōficiendi iussit. At Rom.
non minus fortiter ac liberè: Gratias ago tibi, ô præf-
ete, inquit, quod in meo corpore, multa referaris ora,
quibus Christum meum deprædicem. Tot ecce Christum
in me lingue, tot laudant labia, quot vulnera.

§. 111.

Nostro hoc atuo in aulis principum illâstre nobi-
litatis ornamentum & insigne est clavis aurea,
quam reges, Principesque dant Magnatibus, qui sibi
à cubiculis sunt. Oratio & eleemosyna claves celi
sunt aureæ. Has quisquis desiderat, quavis hora eas
imperat, hac gemina clave momentis omnibus cæ-
lum referat. His ornamentis ad omnem nobilitatis
perennitatem in signatur.

Ante annos quadraginta & plures, quod recentissi-
mè memini, vir non longi sanguinis, nec lunulæ pe-
dem insignitus, sed arte musices clarissimum auream à
suo principi clavem in eximij favoris signum accepit.
Sapuit vir iste, & intra suam sece fortunam continuavit,
clavam galeam non perforavit, non se alium, quam
erat, iactauit. Seitur, abiebat, qui sim; & gloriolus uni-

hi mea me arte euch; satis est mihi clavis aurea, ma-
ximi fauoris argumentum, hæc vna clavis satis me-
nobilitat. Præter hæc & modestè.

Claue aurea nobilibus inferi potest, quisquis id se-
riò affectat. Et genus & formam regina non pecunia,
sed pecunie largitio, sed eleemosyna, sed oratio donat.
Eleemosyna & oratio, dux claves aureæ. Eleemosyna cœlum,
oratio cor referat diuinum, & spiritus ardenter
precantis ingreditur. Hieronymus Celantianum fa-
pienter institutus: Nulli te unquam, ait, de generis nobili-
tate preponas, nec loco humiliore natas te inferiores putes.
Nec tu religio nostra personas accipere, nec conditiones ho-
minum, sed animos suscitare singulorum. Sola apud Deum
libertas est non seruire peccatis, summa apud Deum nobi-
litas est claram esse virtutem.

De eleemosyna cali clave auctæ Hebræus vates Da- Dæz. 4. 24.
niel luculentissime: Quamobrem, inquit, rex consilium
meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, &
iniquitates tuas misericordis passperum. Hoc noter nobis
Tobias suo loco dicit. Quoniam eleemosyna ab omni Tob. 4. 11.
peccato, & à morte liberat, & non patitur animam ire in
tenebras. Fiducia magna erit coram funere Deo eleemosyna
omnibus facientibus eam.

Hic dices: Quā ego velim in egenos esse liberalis-
simus, & quāvis hebdomade centū philippicos in pau-
perum turbam partiri. At recule tenues sunt & acci-
ſæ, vacuum manum non explicant. Velle si possem.
Solatium hic ingens Aug. suppeditans: Quidquid vis, August. 10.
inquit, & non potes, factum Deus computat. Discutit in pf. 61. mi-
hi. 257.

De oratione aurea cali clave dixit Siracides: Ora- Eccl. 35. 21.
tio humilanes se nubes penetrabit, & donec propinquet
non confabibit, & non discedet donec Altissimus affi-
ciat. Applica hanc clavem, & referasti cœlum & expu-
gnasti cor diuinum.

Qui geminas has claves aureas habent hi regum
regi à cubiculis sunt primæ admissionis amici, summa
nobilitatis magnates. Orando & eleemosynas
erogando ius ciuitatis superna, nomen nobilitatis
eterna obtinetur.

CAPUT II.

Tobias inter omnes tribules suos eximius.

Tobia genus & patriam exposuit. Positum viri Elogio To-
nomen, continuò multiplex comitatur elogium, bix multi-
plicetur. Puer etiâmm & pene infans, puerile nihil aut plex.
infantile moribus præ se tulit. Cumque esset junior omni-
bus in tribu Nephthali, nihil tam paucile gesit in opere.

II. Cæteris omnibus ad Ieroboamii vitulos aurocos
propterantibus, illi solus Ierusalem ibat, & templum
Domini frequentabat. Ita diuinæ paginæ testantur. Ibid. 5. 6.
Denique cum irent omnes ad vitulos aurocos, quos Ieroboam
fecerat rex Iraelys sic solus fugiebat confititia omnium, &
pergebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat
Dominum Deum Irael.

III. Societatem hominum prauitorum cautissime de-
clinabat, illud Siracide monitum sectatus: Qui retige- Ecl. 1. 5. 1.
rit picem, inquinabunt ab ea, & qui communicaverit su-
perbo, induit superbia.

IV. Omnia primitiva sua & decimas suas fidelerit offe-
rebat, ita ut in tertio anno proflyris & aduenia ministraret
omnem decimationem. Fidelissimus debitor, mitissimus
exactor.

V. Hec & his similia secundū legem Dei puerulus obser- Ibid. 8.
vabat: parentes honorabat: statis de die téporibus Deu-
adorabat, mensam, somnum, actiones omnes precibus
Deo commendabat, leges diuinæ memoria diligen-
tissime mandabat. Iosephus scriptor Gratus Habrae-
rum